


INDEX SCHOLARVM
IN
ACADEMIA ROSTOCHIENSI
TAM A
PROFESSORIBVS PVBLICIS
QVAM A
DOCTORIBVS PRIVATIS
DVRA NTE SEMESTRI HIBERNO
A DIE
XIII OCTOBRIS MDCCXCVI
HABENDARVM.



LITTERIS ADLERIANIS.



PROFESSORES PVBLICI

ORDO THEOLOGORVM.

D. IOACHIMVS HENRICVS PRIEŚ, *Theol. P. P. O.*
et ad aedem *Sp. S. Pastor*, hora IX—X. *historiae religionis atque ecclesiae*
Christianae partem alteram enarrabit, hor. XI—XII. in IV, *Evangelia com-*
mentabitur, et hor. II—III. *librum Iobi exponet*.

D. CHR. DAV. ANT. MARTINI, *privatim h. VIII. Theo-*
logiam dogmaticam tradet, h. XI. *Iesaiam*, h. II. *Iohannis Evangelium et*
Acta Apostolorum interpretabitur. *Publice et in Seminarii sodalito pree-*
cepta catechetica suppeditabit, *Seminariique sodalium studia more consueto*
moderabitur.

D. WERNER CAROL. LVDOV. ZIEGLER P. P. O. *Schol-*
as cursorias in novum testamentum indicit tribus semestribus finiendas,
orsurus hoc semestri h. VIII—IX. et h. II—III. commentario perpetuo cur-
torio in omnes Pauli epistolas. *Hora vero X—XI. primam historiae*
ecclesiasticae partem enarrabit. *Publice diebus saturni h. VIII—IX. et*
X—XI. epistolam ad Hebraeos exponet.

M. IOANNES CHRISTIANVS PETERSEN, *Theol. P. P. O.*
et ad aedem divi Iacobi Diaconus, *publice diebus Lunae et Veneris hora*
IX—X. Epistolas Iacobi et Iudee explicabit, *privatim hora XI—XII. metho-*
dum concionandi popularem docebit secundum I. W. Schmidii Anleitung
zum populären Kanzelvortrag, et hora IV—V. *Acta Apostolorum inter-*
pretabitur.

ORDO IVRISCONSULTORVM.

JO. MATTHIAS MARTINI, Consistorii Ducalis Vice-Director, et iurum P.P.O. Versabitur per hoc semestre brumale in explicando iure feudali, duce Boehmero; nec non interpretabitur ius civile mecklenburgicum ad propria paecepta; vel, si magis auditoribus placet, ius publicum mecklenburgicum, duce Hagemeistero. Denique paratus est ad manu-ductionem practicam, si qui sunt lectiones suas desiderantes. Horas com-modas in valvis publicis indicabit.

D. WALTER VINCENT WIESE praeleget *jus ecclesiasticum* ad filium compendii a filio editi et *jus criminale* duce Meistero. In examine pandecta cum laboribus practicis conjuncto iterum cupientibus praesto erit. Horas his laboribus destinatas in tabula indicabit publica.

IO. CHRIST. ESCHENBACH hora II—III et III—IV *Pan-dectas ex compendio Hellfeldiano* illustrabit.

D. ADOLPHVS DIETERICVS WEBER, per instans se-mestre hibernum priuatum, horis 8—9 et 2—3 *Pandectas* secundum *Helfeldii iurisprudentiam forensem* docebit; hora autem 10—11 *institu-tiones iuris ciuilis, Waldeckii libellum elementarem* sequuturus explicabit.

D. ADOLPHVS FELIX HENRICVS POSSE, *P. P. O.* Hor. X *jus germanicum* duce *Rundio*, et hor. XI *jus feudale*, tam com-mune quam patrium, praeente *Boehmero* tradet. Publice diebus Lunae, Mercurii et Veneris *jus privatum Principum ad filium Pütteri* docebit.

ORDO MEDICORVM.

D. SAMVEL GOTTLIEB VOGEL, Med. P.P.O. *Medicinae clinicae partem primam et Encyclopaediam medicam* per id, quod instat, semestre Audituris explicabit.

D. A. G. WEBER, P.P.O. 1) h. IX—X *Pathologiae generalis* studium, quam late eius pomoeria merito extenduntur, ita prosecuturus est, ut perpetuum quidem filum sumat pathogeniam *Hufelandii*, ast simul in nova *Brunonis* dogmata, quoad rem suam spectant, manum immit-tat criticam. 2) h. II—III ex *Macbriddii* introductione alteram *Thera-piae partem* cum *Pathologia speciali* tradendam offert.

D. GVILI-

D. GVILIELMVS IOSEPHI, Anatom. Chirurg. et Artis obstetric. Prof. P. O. et Facult. med. p. t. Decanus, 1) hor. XI—XII *Demonstrations anatomicas* in theatro anatomico instituet; 2) horis postmeridianis *Sectiones anatomicas* adornabit; 3) hor. VIII—IX Chirurgiam, 4) hor. IV—V *Artis obstetriciae* theoreticam et practicam partem Roederero duce docebit.

ADOLPHVS FRIDERICVS NOLDE, Med. Doct. et P. P. O. *privatum* h. XI—XII *Artis obstetriciae* theoreticam et practicam partem exponet et operationes in machina artificiali, Gallis Fantome dicta, tam manu quam instrumentorum ope instituendas moderabitur; h. II—III *Politiam medicam* e libro Celeb. Hebenstreit (*Lehrsäze der medicinischen Polizeywissenschaft*. Leipzig 1791) docebit; qui vero *examinibus et disputationibus* medicis exerceri cupient, his *publice* officia sua praestare studebit.

ORDO PHILOSOPHORVM.

HENRICVS VALENTINVS BECKER P. P. O. et ad Aed. Iac. Pastor hora VIII—IX *Veritatis Religionis Christianae fundamenta in lucem ponet*, et hora XI—XII *principia mechanica secundum Kæstnerum* explicabit.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN b. c. D. h. IX Lectiones cursorias in V. T. tribus prioribus hebdomadis diebus continuabit, et tribus posterioribus LL. OO. elementa harmonica tradet. h. X. Almacrizii historiam rei numariae Arabum, quae iam imprimitur, explicabit, qua absoluta, Abulfedae tabulas geographicas a cl. Rink arabice, Lipsiae 1781. 8. editas enumelandas sumet.

HERMANNVS IACOBVS LASIVS, *graecarum litterarum Professor* P. O. morbo oculorum, quo adhuc laborat, impeditur, quo minus in futuro semestri hiberno muneri suo vacare possit.

D. IACOBVS FRIDERICVS ROENNBERG, Sereniss. Duci Regnat. a Consiliis aulicis, P. Moral P. O. per instans semestre hibernum, hora VIII—IX *Ius Publicum Mecklenburgicum* duce *Hagemeistero*; hora XI—XII *Ius Publ. universale* secundum *principia Schloezeri* in compendio: *allgemeines Staats-Recht und Staatsverfassungs-Lehre*, tradita; hora II—III post meridiem, Historiam Imperii Rom. German. novioris temporis, ad filium Pütteri docebit; et denique hor. V—VI *Collegium Novellarum*, more consueto continuabit.

SAMVEL SIMON WITTE, Seren. Duci regn. a Consiliis aulicis ac Iur. Nat. et Gent. Prof. P. O. per instans semestre hibernum hora VIII—IX Logicam celeb. *Buhlii* breviario tradet; hora IX—X *purae rationis Criticam* ex ipso fonte quasi, scilicet e Rever. *Mellin Marginalien zu Kants Kritik der reinen Vernunft*, Züllichau 1794 exponet; hora vero III—IV *Ius naturale* e celeb. *Jacob: Auszug aus dem Natur-Rechte*, Hasle 1796 docebit. Publice denique in proprium libellum: *Allgemeine academische Encyclopädie und Methodologie*, Göttingen 1793 commentabitur.

GVSTAVVS SCHADELOOCK, *Phil. Doct. et Prof. P. O.* per hiemem praeter Scholas privatissimas, quibus vacare necesse habet, *Logicam et Metaphysicam* tradet, atque est examinando *Matheseos purae praecepta* repetiturus.

P. I. HECKER, Mathes. Prof. P. O. e compendiis cel. Kaestneri publice trigonometriam sphaericam, eamque tam elementarem quam analyticam, *privatum* vero mathesos purae elementa, analysis finitorum, et scientias opticas docebit.

M. FRANCISCVS CHRISTIANVS LAVRENTIVS KARSTEN, Oec. P. P. O. per instans hibernum semestre *Politiae praecepta* (die Polizeywissenschaft) ad theses a se suppeditandas docebit, nec non cursum matheos per aestatein jam coeptum sedulo continuabit. Privatissime vero: *artem aedificandi aedificia oeconomica et rustica cupientibus explicabit*. Horas suo tempore indicabit e tabulis publicis.

GER. PHIL. HENR. NORRMANN, Ser. D. Regn. Meg. a consiliis aulae, histor. atque polit. disciplin. P. P. O. *Privatum* 1) h. IX—X. *historiam praecipuorum Europae regnum atque rerum publ.* ad filium compendii Meuseliani; 2) h. XI—XII *historiam Imperii R. G.* praeente Püttero; *Privatissime* vero sive *Geographiam*, ex breviario Gattereri, adhibitis mappis Schraeinbianis, sive *seriem rerum inde a sec. XV. ad nostra usque tempora per Europam gestarum duce Büschio (Grundris einer Geschichte der merkwürd. Welthäudel neuerer Zeiten)* exponet.

Dr. H. FR. LINK Phys. Chem. Bot. P. p. o. 1) *Physicam*, quam vocant *experimentalē* h. IV—V. 2) *Chemiam experimentalē* h. IX—X. docebit. *Plantas cryptogamicas* hora commoda demonstrabit.

DOCTO.

DOCTORES PRIVATI.

THEOLOGIAE.

IOANNES MARCVS CONSTANTINVS TARNOW,
Philos. Doctor et S. S. Theolog. Baccalaureus, interpretationem Novi Testa-
menti iustificat, iunctis observationibus themata ad homilias apta e perico-
pis eruendi.

IVRIS PRVDENTIAE.

D. IO. FRID. THEOD. BVRCHARD ius civile pandectarum
 praeente I. H. Boehmero docebit hora VIII—IX et XI—XII. Examina
 quoque instituet, vel in institutiones, vel in pandectas, hora, quae com-
 moda iis videbitur, qui hoc exercitii genus desideraverint.

D. ANDR. BERNH. CAR. WIESE, hora auditoribus com-
 moda *examinatorium pandectarum* ad filium compendii Helfeldiani insti-
 tuet; hora matut. VIII *institutiones iuris romani ductu Waldeck*, hora
 pomeridiana III *institutiones iuris publici germanici ex elementis Pütteri*,
 explanabit.

PHILOSOPHIAE.

M. GEORGIVS LVDOVICVS OTTO PLAGEMANN,
 Lycei Rostochiensis Rector, selectas Horatii et Iuvenalis satyras explicabit.

M. IOACHIMVS HENRICVS LUDEWIG, L. Angl. L.
 Publ. Tirones quinque vel quatuor per hebdomadem horis, prima rudimenta
 linguae anglicae docebit, aliis autem horis provectionibus explicabit e. g.
 Pope, Addison, Yorick sentimental Journey, the Vicar etc. neque deerit iis qui
 conversatorium anglicum et manuductionem ad historiam imperii desiderant.
 De horis his lectionibus destinandis cum Dominis Commilitonibus honora-
 tissimis coram aget.

J. M. C. TARNOW, Ph. D. et S.S. Th.B., *Philosophiam mora-*
lem docebit.

M. I. D. WESTPHAL, antiquitatem romanam duce Bur-
 manno tradet.

M. ADOL.

M. ADOLPHVS CHRISTIANVS SIEMSSEN, per hoc
semestre 1) *Historiam naturalem* praeunte Blumenbachio enarrabit; 2)
Mineralogiam ad Batschii compendium praeleget; 3) *Rerum exoticarum
promericalium notitiam* s. *Waarenkunde* ad theses a se suppeditandas volentes
docebit; 4) *Caelum stelliferum* Helmuthio duce, exhibitis mappis Dop-
pelmayrianis, demonstrabit. *Linguarum occidentalium* denique exercitiis
lubentissime se praebebit moderatorem, si qui sunt, qui opem studiumque
in iisdem ab eo desiderent.

* * * * *

Cum *Bibliotheca Academica*, tum *Museum* diebus Mercurii et Saturni
patet, atque adest *Hippodromus* Ducalis optimus, cuius Praefectus equitandi
artem discere cupientibus praesto est. In linguis exoticis occidentalibus qui
proficere cupiunt, his Magistri peritissimi suam promittunt operam. Nec
desunt, qui saltandi, pingendi et armorum tractandorum artem, publica
auctoritate constituti, docebunt.

P. P. ROSTOCHII,

DIE VIII SEPTEMBR. MDCCXCVI.

